



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. XI. De modo agendi cum Externis, & iis qui ad nos divertunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

SECTIO XI.

*De modo agendi cum Externis, & de
iis, qui ad nos divertunt.*

1. **M**ulieres invisere, aut ad eas scribere rarò, & viris tantum probatis permittant. *b* Seduloque curent, ne quæ de Socio præsentate, toties, & gravis- simè commendata sunt, negligantur: & quamvis hac super re universim præceptum non sit impositum; tamen alicui particulari, qui eo fræno indigebit, poterit, ac debet Superior id imponere. *c* Quæ distinctiùs exposita supra Par. 4. Cap. 2. Sect. 2. Fœminæ etiam non permittantur ingredi domos nostras. *d*

2. **V**isitaciones primariorum Virorum non frequentandæ; nisi gravis causa subsit. *e* Quam etiam intercedere oportebit, ut nostri cibum capiant apud Externos; aut ut ab eis, cum ægrotant, visitentur; aut ut ex iisdem aliquis ad nostram mensam, præsertim Refectorii invitetur. *f* At numquam liceat munusculis captare Magnates. *g*

3. **A**mici verò conservandi, & placandi, si qui sunt infensi, orationibus ad Deum, &

Mulierum colloquia vitanda.

b R. Præp. 72. & Rect. 70. & Or. c. 1. §. 9. *c* C. 6. D. 43. & Or. c. 4. §. 3. & In. 3. §. 7. & In. 15. c. 2. & R. Sac. 18. & Co. ad. 5. *d* P. 3. c. 1. §. 14. & R. Præp. 73. Rect. 72.

Nec qualibet consuetudo cum Viris permittitur.

e P. 6. c. 2. §. 9. & R. Præp. 74. Rect. 72.

f R. Præp. 76. Rect. 74.

g P. 6. c. 2. §. 9. & R. Præp. 75. Rect. 78.

Sed de omnibus bene merendum.

&

h P. 4. C. 10. C.
& P. 10. B &
R. Præp. 77.

Rect. 75.

i P. 4. C. 1. &
R. Præp. 78.

Rect. 76.

*De iis, qui ad-
mitti petunt.*

l P. 1. C. 1. §. 2.
& A. B. & R.

Præp. 79. 80.

Rect. 77. 78.

m P. 2. C. 4. §. 1.
& A. & Reg.

Præp. 81. Rect.

79.

*De Hospitibus
nostris, Exter-
nisque.*

n C. 7. D. 18.

o R. Præp. 83.

Rect. 81.

*De iis qui foras
mittuntur.*

p P. 3. C. 1. §. 3.

& R. Præp. 84.

Rect. 82.

& rationibus apud ipsos convenientibus, præcipuè si homines sint non vulgaris auctoritatis. *h* Ratio potissimum habeatur eorum, quæ erga Fundatores, & Benefactores statuta sunt; & si quam aliam obligationem Domus habet, ei satisfiat. *i* Servanda erga Benefactores enumerata sunt Par. 2. C. 1. Sect. 2. & P. 3. C. 6. Sect. 1.

4. Sine speciali commissione neminem in Societatem admittent: sed ad Provinciale referent eorum, qui petunt, dotes. Poterunt tamen valde idoneos, aut ad eundem mittere, aut tanquam hospites domi recipere. *l* Dimissum pariter à Societate, & qui sine licentia, & ab alio ejus domicilio discesserit, vel non admittant, vel ut Hospitem apud se, aliosve detineant, dum Provincialis super eo quid jusserit. *m*

5. In compensationem hospitii nihil, licet ultro oblatum, admittant; nisi longior fuisset mora: namque hanc compensari à Superioribus, qui hospites miserunt, æquum videtur. *n* Externi porrò non excipiantur ad pernoctandum, sine gravi causa; habeatur tamen præcipua ratio Religiosorum. *o*

6. Egredienti domo Socium adjungant; nec solum mittant, nisi eum, cui præcipuè fidant: *p* neminem autem ad alium locum sine

sine literis patentibus; q & quin Superior, ad quem aliquis mittitur, informetur. Provincialis etiam monendus, si quis propter valetudinem, aut aliam causam mutandus loco videatur. s At profecturis sua interiora indumenta, & sottana relinquenda, instruendique omnibus ad iter necessariis. Sed hæc paranda eorum sumptibus, quorum gratia iter suscipitur. t Demum illi, de quorum dimissione à Societate agitur, nullo modo interea loci exponantur in publicis Ministeriis. u


q R. Præp. 85.
& Rect. 83.
r R. Prov. 117.
& Or. c. 12 §. 9.
s P. 3. c. 2. G. &
R. Præp 86. &
Rect. 84.

t R. Præp. 87.
& Rect. 85.

u Or. c. 12.
§. 10.

C A P U T IV.

De Officialibus Superiori necessariis, & modo agendi cum illis.

 D bonam Domus gubernationem Superiores locales suis Officialibus pluribus, & paucioribus, pro momento rerum ipsis commissarum, sublevari debent, quos idoneos esse oportet, suisque Regulis instructos: a Cum illis hæc in universum Superioribus servanda esse statuitur. 1. Ne se in illorum officium ingerant. 2. Ut prospicere illis de necessario subsidio debent, ita curare, ne otientur, sed suo fungantur munere.

Officiales idonei
curandi, & fovendi.

a P. 4. c. 10. §.
6. & P. 9. c. 6.
§. 14. & l.